


M. S. 4.º perg.º con 178 hojas foliadas bien tratado, completo.

R = Lorano de Scientia Dei

# De Scientia Dei

Tractatus Scholastici in primam partem D. Thomæ Doctoris Angelici à Quæstione 14.ª

Jesu, in quo sunt omnes Thesauri
Sapientiæ, et Scientiæ Dei,
Genitricisque Cordibus
Sacratissimis,
Ex corde sacri.






R. P. M. Gonzalus Lozano,
S. J. hos Scientiæ Dei tractatus
dictavit,
Julianusque Cansino ejusdem
Societatis audijt, ac scripsit.
Anno 1747.

# Quæstio 2.ª

## Utrum Deus cognoscat futura absoluta contingentia?

### Art. 1.

### Quæstionis sensus, et multiplex sententia.

1. Certa, et indubitata Fide tenendum ē (ait, Deo dante, Mag.r Gonetus d.e a. n.d. 21.) Deum certo, et infallibiliter cognoscere oia oino futura contingentia. Quid à veteres Thistæ circa hoc docuerint ultimo tractatu opponimus adnotabo. Id q. constat 1.º ex S.a Sc.a nã Psal. 138 dicit: intellexisti cogitationes meas de longe, semitas investigasti, et omnes vias meas prævidisti. Isaiæ 45: ventura interrogate me. Daniel 13: Deus æterne, qui absconditorum ē cognitor, qui nosti oia, antequã fiant. Et alia frequenter similia.

2. Constat 2.º ex SS. Patribus: nam Origenes 5. contra Celsum ait: futurorum prædictio Divinitatis nota ē, et caracter. Aug. l. 5.º de Civit. Dei cap. 9. inquit: confiteri Deum ēe, et negare præscientiam futurorum, apertissima insania ē. Et alia passim apud alios SS. P. Constat deniq. ratione naturali: nam Deus cognoscit futura, qdo. iam existunt: ergo et antequam existant: quia Divina Scientia ē æterna, et

invariabilis, talisque, cum nequeat addi in tempore, quod non habuerit ab æterno. Constat jam in dubia solio.

3. Supponit denique sermonem hic non esse de futuris conditionatis liberis; sed de futuris absolute talibus, et de his adhuc esse distinguendum: sunt enim futura absoluta contingentia soli Deo libera, ea nimirum, quæ Deus se solo aut mediis causis naturalibus pro Divino libito applicatis producturus est; et sunt futura absoluta nobis libera. De primis quidem omnes supponimus posse a Deo cognosci suo decreto efficaci de illorum productione in tempore: unde tota difficultas devolvitur ad futura nobis libera.

4. Ubi notandum, quod Magister Gonetus d. 4. art. 3. n. 31. non satis fideliter asserere Jesuitas omnes, eo devenire, quod Deus futura libera certo cognoscat ante decretum suæ voluntatis; hoc solum disidere sese contra ordinem in quærendo medium, quo Deus illa cognoscat, fallitur ergo, nisi loquatur de decreto antiprædeterminavo, quod quidem nullus Societatis Doctor admittit. At quamvis Nostri constanter teneant decretum non esse causam futuritionis, non tamen negant esse causam futuri, aut prærequisitum ex parte rei. Docent namque, Deum cognoscere futura

in se ipsis; sed non dicunt futura esse futura independenter a Dei decreto: sicut docent, Deum cognoscere praesentia in se ipsis, nec tamen dicunt esse praesentia independenter a Dei decreto.

5. Pro cujus captu notandum Jesuitas omnes nullum admittere decretum ab intrinseco efficax, quod non sit posterius aut non voluntatis, saltem in ordine condonato futuro praecognito per scientiam mediam. Omnes enim admittere decretum indifferens praeparativum omnipotentiae. Dicidunt autem quantum ad decretum efficax tantum ad actum bonum; et ipsum ~~......~~ non ans (ut decretum Thomistarum) sed concomitans: tamen plures cum Cardinale admittunt praedefinitionem efficacem ... requiratque per Scientiam Mediam, alii vero contra. Acutum solum admittunt praedefinitiones de se indifferentes, ne laedatur libertas ad peccatum; insuper omnes admittunt decretum praeparativum omnipotentiae, et permissivum peccati. Nullus enim, quem sciam, asseruit, Deum cognoscere certo futura libera independenter a decreto, ut causa vel requisito ex parte ejus; hoc quidem igitur dicit Gonetus, Jesuitas, hoc convenire, quod Deus certo cognoscat futura ante omne decretum. His probatis.

6. Multiplex est in praesenti quaestione sententia. Prima est ponentium, Deum cognoscere talia futura

ante decretu in sua essa, et post decretu in sui ideis, decreto se habente, ut diximus. Hanc tribuit Aegidius in 1m dist. 38, ipsumque sequuntur aliqui ex eadem Familia apud Gavard. citandum. Ex parte consentit Cajetanus in 1m p. q. 14. art. 13. n. 10. quatenus docet ideas esse medium cognoscendi futura.

7\. Secunda est Magistri Paracios in 1m dist. 38. q. 2. disp. 2a dubio penultimo dicentis, Deum cognoscere ea futura in efficacitate suae scientiae visionis. 3a est asserentis, Deum super comprehensione voluntatis creatae, omniaque auxilia illi collata, et omnes circumstantias, in quibus ponitur, certo cognoscere, in quam partem sit determinatura est, ubi, ut videtur, non excluditur, sed potius includitur decretum saltem de se indifferens ad operationes. Ita Durandus, Argentinas, PP. que Molina, et Becanus c. 10. q. 7.

8\. Quarta est docentis, unicum medium videndi futura sub conditione libera esse decretum divino independens a Scientia Media. Ita Thomistae noviores apud Poncium disp. 4. n. 33. Ita cum pluribus Scotistis Mastrius loquens vero de suo decreto concomitanti. Accedit Gavardi q. 5. art. 1. Alii non accedunt; sed velut monstrum immane diffugiunt. P. L. Enriquez Gra-

nardo, et Montoya, quos falso citat pro sua sententia citatus Ponetus.

9. 5ª demum sententia est ostendentium; ipsam obiectivam futurorum veritatem esse medium obiectivum cognoscendi certo futura. Ita unica Schola Societatis Eximio Duce in opusculis lib. 1. de Scien. c. 8; hoc ab unico inter Nostrates discrimine, quod admittentes Suaristicas praedefinitiones docent contra, ipsas esse sufficiens medium cognoscendi futura, quamvis etiam cognoscantur in se ipsis. Qui a nullis omnino praeimpiis admittunt medium cum autem dicunt in sola ipsorum veritate obiectiva a Deo cognosci. Mitto eorum sententiam, qui litem dirimentes cum Occamo, Gabr.e et Corduba dixerunt, hoc Fide tenendum, ac nulla posse a nobis sufficienti ratione declarari.

## Articulus 2us.

## Rejicitur 1ª Sententia.

10. Contra ipsam sit 1ª ratio: Essentia Divina non est Deo ratio cognoscendi futura libera. Probatur: essentia Divina est de se omnino indifferens ad futura, vel non futura, sed ratio omnino de se indifferens ad utrumque nequit esse ratio cognoscendi unum determinate prae alio: ergo. Dices, in essentia, ut in speculo, a Deo videri futura, supposito, quod futura sint. Sed contra:

g° ut videri possint in scīa, debent supponi jam futura.
Nunc sic: sed n̄ possunt ēē futura ante Dei decretum:
g° n̄ possunt videri in scīa ante decretū. Præterea: ut
videant in scīa Divina ut in speculo, debent jam ēē de-
trate futura; sed si sint detratè futura, possunt videri
in se ipsis. Sed m̄ veritas detrata: g° quin videantur
in scīa Diṽa possunt videri in se ipsis.

11. Sit 2a Pclus:

Scīa Divina n̄ sōla sufficiens ad explicandum qualiter Deus cognoscat futura libera. Idæq Divina si juxta D.D. aliquos au. ipse cognoscendi, quo Deo repraesentant internaliter objecta, sive quæ facienda sunt, sive quæ fieri possunt. Intelligen simplici intelligentiæ Scientiam, qua Deus constituit cāa, et rerum artifex; juxta alios vero ē scīa Visionis de re futura. Idpa ad utroq mō accepta insufficiens ē ad rē præsentem nam 1° sensu n̄ potius repraesentat rē futurā, quā n̄ futurā, de se namq indiferens ē ad utrumq. In 2° sensu res manebit inexplicata, q.a licet verum sit, quod posita visione, in ipsa poterit reflexè cognosci futurum; at n̄ explicat unde Deus heat illam directionem visionis, in quo stat præsens difficultas. Si vn ad decretum recurrat, statim inferam:

ẽ ipsum erit mius, in quo, et visio duntaxat medium quo.

12. Dices contra 1.: ideae Divinae independenter a Dei decreto sunt infinitae in repraesentando: ergo independenter a decreto Dei repraesentant futura contingentia: alias non repraesentarent aliquid res ipsa repraesentabile. Concesso anti, nego consequentiam, quia antecedenter ad decretum non sunt futura: adeoque nec ut futura possunt repraesentari: sicut ob eandem rationem non repraesentant pro illo signo existentia in propria mensura; quia scilicet aliud non sunt. Nec est contra rationem infiniti in repraesentando non repraesentare id, quod repraesentabile non est.

13. Dices 2.: independenter a Dei decreto sunt saltem conditionate futura: ergo independenter a Dei decreto repraesentari, ut conditionate futura. Cur ergo non poterunt repraesentari, ut absolute futura? Distinguo ant.: independenter a Dei decreto absolute existente sunt saltem conditionate futura, concedo: independenter a Dei decreto conditionate existente, nego ant. Et probe, et non alia est doctrina Societatis, quidquid, ut assolet, dicat Gonetus. Sed insuper dicto cuenti, ad interrogationem responde: quia independenter a decreto absolute existente sunt futura conditionata, at non futura absoluta.

12. Dices 3°: si ideæ Divinæ repræsentarent post decretum aliquid, quod ante decretum non repræsentabant, jam ex Dei decreto illis accresceret aliqua repræsentatio, quod sine mutatione intelligi non potest. Dicendum nullam hic specialem difficultatem inveniri, quæ non militet contra Scientiam liberam visionis: et ideo ab omnibus est solvenda; unde provenirat, quod repræsentent futura illa, quæ potuerunt, ut non futura repræsentari. Vos autem ex supra tradita pro invariabilitate Divinæ Scientiæ facile respondebitis; nullam ibi intervenire realem mutationem in idea Divina, sed solum in rebus ipsis.

Articulus 3.^us

3.^a sententia, quatenus vera sit, admittitur.

13. 2.^a sententia Magistri Palacios facile rejicitur 1.°, quia Scientia visionis non est causa rerum, ut manet ostensum. 2.°: quia Thomistæ DD.^s non negabunt, quod sit in Scientia visionis, ut causa detracta futura possint à Deo cognosci per qualem quasi reflexionem. 3.°; quia si loquatur de Scientiæ efficacia non, ut operante, sed ut potente operari, vel illam efficaciam ponit de se detractam ad nostras operationes causandas; et sic annumerandus erit Palacios cum aliis Thomistis; vel, de se in-

diferentes assistuit ad causandum, l, n operationem talem; et sic n poterit ee mius cognoscendi operationem futuram, ut evidens apparet.

16. Quare ad 3.am sententiam, quae plausibilior e, explanandam veniamus. Haec dupliciter potest intelligi, l, quatenus Deus comprehendens nram voluntatem cum oibus praerequisitis ad operandum, oesque circunstantias, in quibus ponenda e, n ista sua cognitione in nra voluntate, sd ratione suae infinitae cognitionis super extendat ad attingendam e voluntatis operationem. Et hoc in sensu vera e haec sententia: quia Deus cognoscens tum illum causae affectum, n manet suspensus, et quasi dubitans, quod tunc aget creata voluntas: hoc n maxima foret imperfectio; sed e cognoscit operationem ipsam, n quidem vi cognitionis de nra voluntate, sed vi suae infinitae cognitionis. Verbo: n cognoscit autem liberum in causis proximis; sd in eipso, et in hoc sensu abs dubio loquuntur Molina et Becanus supra.

17. 2° insuper intelligi potest (et sic ab aliis intelligitur) quatenus Deus ex vi causae proximae liberae cognoscat, quomodo ista futura sit, itaque in causa proxima cognoscat, eventum sit vere futurum. Hic ad sensum praesentem

entus i.^{a} p^{s} q. ... prop. q. art. 13. dicentes: cāā contingen. sei hēt ad oppsita, et sic se hīgens in futurum n, subdit per certitudinē alicui cognitionis: inde q.d. q. jam cognoscit effum ōtingens in sūa cāā, tm n hēt de eo, nisi ōjecturalē cognionē. Plura similia possunt videantur. 2° raone: effus nequit in cāā cognosci, nisi secundū ee quod hēt in illa; sed effus ōtingens n hēt ee determatū in cāā: g° nequit in illa cognosci 2^{um} aliqd ee determatū. Vel aliter: totus aus ... ppimus cāā liberē prout distctus ab operaone ē indifferens ad utrumlibet, sed in mio indifferenti ad utrumlibet nequit certo cognosci unum determatē: g.

18. Respondent Adversarij, eos loqui n de cāā prima ut praescisē potente pducere effum, sed de cāā pūt applicata determataq ad effum; Sed ōtra eandē effidaciā: applicatio hec, l, fit liberē active ab ipsā cāā, l, ab alio ipsa passivē se hente? Si 1^{m}, ōtra ē: applicaō ipsa illa liberē pducta ā volunte ē ipse aūs 2^{us} ōtingens liberaris; sed iuxta soluone solum cognoscitur eventus futurus in illa libera applicaone: g° solum cognoscit in sua veritate, n in cāā.

19. Si 2^{um} dicat, fatemur, voluntē sic

ab alio applicatam, et determinatam ad unum esse medium sufficiens ad cognoscendum in ipsa eventum futurum; supponimus enim, tunc eventum liberum fore, et contingentem: esset non necessarium ex suppositione voluntatis sic applicatae: ergo ipsa non erit medium ad cognoscendum futura contingentia. Patet minor: nam causa, quae antecedenter ad suam liberam operationem est ad unum determinata, non est causa contingens, seu libera, sed necessaria; atque sic se haberet illa voluntas ita applicata: ergo.

20. Oppones 1°: Deum perfecte comprehendit omnia, quae habentur ex parte voluntatis: ergo cognoscit eventum, ad quem eas dicunt ordinem. Patet consequentia: nam implicat unum relativum cognosci, quin cognoscatur aliud. Ipsa autem, non consequentia, cujus probatio nil urget: nam actus 1us proximus libertatis non dicit relationem determinatam cum actu 2do, vel, aliud ad actum 2um unum potius, quam alium, hoc est, non ad actum potius quam ad negationem actus; sed solum dicit relationem indifferentem ad utrumlibet: quamvis ergo perfectissime comprehendatur, neque in illo cognoscitur actus prae non actu. Imo Divina scientia eo, quod sit perfectissima, nequit in voluntate cognoscere unum prae alio: quia esset falsa, ut ajebat S. Thomas citatus n. 176.

21. Opponens 2°: Divina scientia perfectior est Angelica; sed Angelus probabilissima conjectura cognoscit eventum

futurus ex apprehensione voluntatis cum omnibus admi-
niculis: quia Deus illum certò cognoscet. Concessis praemis-
sis, nego consequentiam: quia major perfectio Divinae Cognitionis
stat in aliis, non in eo, quod res cognoscat aliter, ac sunt in
se; sic et illas cognosceret, si cognosceret eventum futurum
here determinatum esse in sua causa prima, ut docebat Angel.

22. Oppones 3.º: Christus Dominus per illa
verba apud Matth. 11: Si in Tyro et Sydone factae fuis-
sent virtutes &c., praedixit illorum poenitentiam ex vi talium mira-
culorum, non ex positione ipsius poenitentiae, quae numquam fuit,
nec erit: ergo in causis proximis potest praevideri effectus contingens
futurus. Respondeo, praedictam praedictionem fundari in Scientia
Media de ipsa poenitentia conditionate futura: ac proinde
visa fuit in suis conditionatis: non quia fuit praevisa poe-
nitentia in suis causis proximis, ut potè quae indifferentes
erant ad utrumlibet.

## Articulus 4.us

## Sententia prout ab Scotistis defenditur, rejicitur.

23. A decreto nunc efficaci praedeterminante Thomistico
referendo abstinemus, nam, cum in tract. 4. non illum apertum
bellum indicere necessum sit, eadem reverentia erga (quod
absit) certamus. Nunc ergo solum agimus contra Scoti-

stas illos, qui decretum efficax concomitans a Scientia Media independens adstruunt, ut nihil cognoscant futura, quos late sequitur Mastrius disp. 3. q. 3. praesertim à n. 170. Alijs ad parcimus Scotistis, qui cum Subtili suo decretis hoc requirunt per Scientiam Mediam, quos dabit et praecitatus Mastrius.

24. Respondeo 2°, quod in decreto Suaristico praedefinitivo possunt quidem actus cognosci aut secundum ipsum praedefiniri; neque cum illis essentialiter connectitur, quo sensu verum est illud S. Hilarij lib. 1° de Trin: quae Deus facere decrevit, in sua voluntate cognovit. Hoc tamen decretum insufficiens est ad praesentem difficultatem enodandam: 1°, quia antecedenter ad illud jam per scientiam Mediam praesciuntur ij actus, ut conditionate futuri, imo forte credendum est, ut absolute futuri ante illam praedefinitionem. 2°: quia non est nihil universale tale scientia contingentia concernendum: non enim praedefinit peccatum, imo nec omnes actus bonos.

25. Haec igitur est summa rejiciendae nostrae doctrinae: Deus (ajunt) concurrit efficienter cum creatura in tempore; ita tamen, ut Deus non efficiat, nisi actum creaturae placitum: sic illud ab aeterno decrevit Deus illum cum actu, quod decretum licet tempore antecedat actum creaturae, non tamen creaturae determinans, quia illud non concipit nullo

habito sui ad creae determinationem; sed potius attemperate ad determinationem ejus. Et ita coincidunt Deus, et creatura in eamdem determinationem, quin decretum, aut actualis Dei concursus sit causa determinationis creae. Quod totum dimanat ex illa Dei voluntate anti, et generali, quam explicuit Aug. 7. de Civ. c. 30. dicens: res, quas condidit, ita administrat Deus, ut eos suos motus agere ~~propriis~~ sinat.

26. Haec assentia triplici ex capite frequenter rejicitur. 1°: quia tale decretum irrationale esset, et infrustrabile. 2°: quia libertatem laederet. 3°: quod in illo videri non poterit peccatum futurum. Ex 1° capite sic arguitur: decretum illud decerneret, quod a Deo non cognoscitur: ergo esset irrationale. Antecedens probatur: decerneret effectum, ad quem creata voluntas sese in tempore ex sua libertate determinabit; sed pro illo signo non cognoscitur a Deo effectus, ad quem voluntas se se determinabit: ergo. Major a explicatione sententiae in opposito sensu non praecipitato. Minor autem in hac sententia videtur innegabilis, nam scientia regulans illud decretum non est scientia visionis; cum potius decretum illud sit ratio, cur in Deo detur visio, et nec scientia media, quae non admittitur.

27. Dices, sufficere simplicis intelligentiae, ut Dei voluntas concordat, et concurrat cum voluntate creata. Sed contra manifeste:

simplex intelligentia non cogit nisi [illegible]: ergo non supponit nisi positis voluntatis, et positionem ejus determinationis ad actum, negationem actus. Concedit Mastrius hic n. 192. Nunc sic: decretum ejusmodi vult determinare potentiam illam, ad quam voluntas se determinabit; sed scientia supponens solum positionem utriusque partis non supponit determinare unam prae alia: ergo non sufficit ad illud decretum regulandum, proindeque evadet irrationabile.

28. [illegible] ratio hic ejus explicatio: voluntas Divina coincidere cum voluntate creata in determinatione ejusdem actus nequit intelligi, nisi aliquo ex tribus his modis. 1.° voluntas Divina determinet creatam ad eumdem actum; hoc autem non admittit, ne laedat humanam libertatem. 2.° si Divina voluntas prospiciat partem, quam electura est voluntas creata, et illi immisceat, et concurrat, hoc autem fieri non valet, nisi ante decretum jam sit praevisa determinatio voluntatis, quod rejicit, ne scientiam mediam alio nomine admittat. 3.° denique si casu, et fortuito in eamdem determinationem actus, quod Deo indignum est; dicendum enim videtur in hac sententia, cum modus non supersit alius; et vere hinc fluet decretum ejusmodi frustrationi esse expositum; si nimirum forte nollet humana voluntas se determinare ad partem illam, quam decretum determinat.

29. [illegible] 2.° [illegible] arguitur: decretum ejusmodi non est concomitans Divinae Praescientiae, cum sit ratio obtiva, cur sit in Deo praescientia, consequenterque scientiam antecedit; neque est concomitans actum voluntatis: alias non concurreret, ut causa actus; consequenterque sola voluntas sine decreto esset causa totalis sui actus: ergo est concomitans voluntatis, et sic causabit ad actum. Nunc sic; sed nequit esse concomitans causalitatis voluntatis, nisi [illegible]

illius libertatis: ergo decretum illud, quod concomitans dicitur revera est praedeterminans.

30. Et probatur minor: decretum illud nullatenus supponit scientiam Ista nostrae cooperationis, est omnino impossibile cum negatione actus, est ab intrinseco efficax, et essentialiter connexum cum causalitate voluntatis creatae; sed decretum, quod tale est, destruit creatam libertatem: ergo. Maior ab his DD. videtur innegabilis: nam decretum illud tale est, ut in sensu composito illius sit impossibile, quod non ponatur actus, essentialiter connectit cum actu; adeoque cum omnibus essentialiter praerequisitis ad actum, quorum unum est cooperatio nostra seu causalitas nostrae voluntatis. Minor autem constat: nam essentialis haec connexio decreti cum nostra cooperatione non fundatur in praescientia nostrae cooperationis, quae non admittitur: solum ergo fundatur in intrinseca efficacia talis decreti, sive in eo, quod indefectibiliter faciat, quod nostra voluntas cooperetur: erit ergo causa determinationis, et cooperationis nostrae; quo quid infensius libertati?

31. Imo decretum hoc scientiam Mediam requisitum, prout adstruitur ab aliis Scotistis contra Antagonistas [?] adhuc laederet libertatem. Non enim bene utuntur Scientia Media, ut sic argumentando: Scientia Media requirens decretum, esset haec: si in tali occasione consensum praebuero voluntati creatae, se determinabit ad talem actum; sed concursus inclusus in hypothesi talis Scientiae, et sub quo ponen-

dus ē talis aūs, ē prædetrans: ergo aūs sub illo positus non evadet liber, sed narius: ergo Probo minorem: consensus ille datus voluntati per decretum absolutum, et efficax; sed per decretum absolutum, et efficax nequit dari consensus nisi prædetrans: ergo Maior constans ē in hac sententia. non in applicat Omnipotentia per decretum indifferens; sed per tale decretum efficax, et determinans ad unum.

32. Minor ē constare hic, nam efficacia illius decreti non stat in præscientia: aūs poti independens ab illo decreto, nec in casuali coincidentia utriusque voluntatis: sed in eo, quod voluntas Divina faciat, quod creata voluntas cooperetur. Atque hoc ipsum ē, quod per illam Scientiam prævidetur: ergo prævidet consensum, a quo prævidet nostra voluntas prædeterminatam à Deo: ergo prævidet sub consensu prædetrante. Et hinc patet manifesta disparitas ad Suarezianam prædefinitionem: hæc enim non includit in hypothesi Scientiæ Mediæ, in qua dependenter ab illa prævidentur omnia principia indifferentia, sub quibus ponendus est actus.

33. Ex 3° tandem cap. sic arguitur: in illo decreto non possunt à Deo videri peccata futura: ergo non erit medium cognoscendi futura omnia. Probatur ans:

decretum illud vellet detrahi peccatum, utique Deus faceret voluntatem positivam esse peccatum; sed hoc est impium: ergo. Probatur major: quia prius ad illud decretum futurum erat Deus, possibile esse, quod voluntas sub illa conditione se detrahet ad peccatum; sed hoc esse possibile non est voluntatem positivam esse peccatum: ergo vellet Deus detrahi peccatum. Sed nec postquam Deus praeviderit hanc futuram detractionem voluntatis potest velle peccatum.

34\. Respondet Magistrus; quamvis actus peccati sit a decreto illo concomitanti, non ideo fore vitium a Deo, quia nempe decretum non est actum, sed concomitans actum: sicut juxta nos, actus peccati est ab aliquo Dei decreto, quin tamen Deus velit peccatum, quia sola est rursus fulturus. Sed contra manifeste: nos in causis, et aliis loquimur: non enim dicimus peccatum esse a Dei decreto; sed Dei decretum omnino requiri, ut peccatum sit a voluntate sua. Deinde nullus est decretum tertium ponit medium ad actum peccati decretum detractum actuale peccati, nec ad malitiam ejus; sed prorsus indifferens, ac detrahibile a natura. Ubi ergo paritas?

35\. Recurrunt ergo cum Thomistis ad decretum permissivum peccati, et in eo dicunt a Deo videri

peccatum futurum. Sed in scillam incidunt: nam permissio peccati duo essentialiter importat. 1m decretum non impediendi malitiam, seu non dandi auxilium efficax ad oppositum. 2m: decretum concurrendi ad ipsum actum, seu entitatem peccati; atqui in nullo potest videri peccatum futurum: ergo in permissione peccati nequit peccatum futurum praevideri. Negant minorem quoad utramque partem ob infallibilem connexionem eorum decretorum cum peccato futuro. Ac de 2o decreto modo non disputo, sed solum suppono decretum praedeterminativum ad materiale peccati: debet enim esse indiferens Dei decretum concurrendi ad materiale peccati; aliter Deo tribueretur peccatum, periretque nostra libertas, ac peccati malitia. In decreto autem indiferenti nequit praevideri determinate peccatum.


16. [illegible]

rejicit sic: decretum non impediendi malitiam peccati non connectitur ex se cum tali malitia: ergo nequit in illo praevideri malitia. Probatur ans: decretum illud non connectitur cum peccati malitia connexione causalitatis, ut omnibus est notum; sed nec connexione futurae illationis: [~~cum~~] ergo. Probatur min: essentialis connexio futurae illationis [illegible]



ãum; sed talis eet illa çnexio: q. Pr major: voluntas ut sub illa ãnti çnexione que illaõis non est proximè potens ad non malitiam; sed ea ratione, quia non est proximè potens ad non malitiam, non est proximè ~~potens~~ libera ad malitiam; cum libertas proxima sit essentialiter potestas proxima ad utrumlibet:

q.





# Articulus 5.us

## Scotistarum Objectiones.

37. Ergo quiete laboribus concessa laborum iterum, ut Scholastici moris est, insequamur vos alloquimur (Augustini verbis) novella germina sanctitatis (ajunt dica Theologici) germen pium, examen novellum, flos nostri honoris, et fructus laboris, gaudium, et corona mea. Plura itaque huc ab authoritate vocari, quibus Thomistae pro suo decreto praedeterminante abutunt: propterea quae infra absolvent.

38. A ratione modò objicit Mastrius V: Deus ab aeterno decernit actus, quos nostra voluntas positura est; sed non decreto anti, ne pereat libertas: ergo concomitanti: ergo in illo videbit ea futura. Arguitur distinguo maiorem: decreto indifferenti; concedo: decreto efficaci: subdistinguo: decernit omnes nostros actus; nego: aliquos; omitto majorem ob praedefinitionem actuum bonorum Scientia Media rulatam; et concessa minori de decreto omnino anti, nego consequentiam, quia decretum concomitans, et est efficax, praedeterminans, et irrationale, nisi praecedat Scientia Media de parte eligenda à voluntate creata, ut probatum manet.

39. Instat: implicat quod ad decretū praecedat Scientia Conditionata, nam esset Scientia de actu futuro antecedens ad decretum, quod implicat. Absurdum hoc non solum a Thomistis, sed a multis e Scotistis ob male acceptam Scientiam Mediam frequentius nobis objicitur. At neque Scientia Media, neque alia Scientia vera potest videre actum futurum independens, seu antecedens ad Dei decretum; cum decretum, scilicet indiferens, sit essentialiter requisitum ex parte causae et inclusum in objecto ipso Scientiae Mediae, ut suo loco latius exponemus.

40. Objicit 2°: ex quo Deus est 1m ens continens omnia entia creata, potest per se ipsum agere quidquid potest agere cum causis 2nis, et producere omnes illarum effectus: ergo ex quo est 1m liberum continens omnia libera 2a, potest per se ipsum velle omnes effectus, quos potest facere interventu [illegible] cujusvis 2i liberi. Confirmatur: inter homines aestimatur perfectio, quod plures concidant in eadem determinatione, nulla praecedente Scientia determinationis: ergo se minus imperfectionibus, hoc est Deo concedendum in determinationibus voluntatis creatae. Requiri omnino antecedentem scientiam in plures effectus incidentes ratione perfectionis actui inferior-

manti, sentire v. g. quod Deus possit esse solus tacere non pot. Ideo coram dei velle, seu volitione efficaci.

41. Disparitas ex supra dictis liquet: quia nempe effic ponendus interventu nostrae voluntatis liberae operantis debet esse nobis liber: consequenter debet exerceri determinative a nobis. Non autem ita exerceretur, si esset determinatus per Divinum decretum efficax, quantumvis concomitans soceret, ut ex dictis constat. Dissimilis non avis: illa namque dexistimata peccato miscet, ut minimum imperfectionem causalitatis. Insuper dei determinatio maneret impedibilis a nobis; nec decretum destrueret libertatem ipsiusque actus nostri, quia vult.

42. Objicies 3°: ideo ex decreto non impediendi malitia peccati, ut ponitur in sententia contraria, laederet libertas creata, quia illo supposito, sequitur infallibiliter malitia peccati; sed et ex nostro decreto permissivo sequitur infallibiliter malitia peccati: ergo vel utrumque, vel neutrum laedit creatam libertatem. Probatur minor: decretum illud, juxta nos, est collativum auxilii cum praevisione inefficaciae; sed ex eo decreto sub illa praevisione sequitur infallibiliter peccatum: ergo. Respondeo, infallibilitatem illationem non sequi ex decreto, neque ex eo auxilio. Utrumque non

ē indifns ad peccatū, et n̄ peccatū. Sequit̄ṛ a ex infallitē Divinæ Præsciēæ; Præsciēa vō n̄ ē antē, sed coēns ad determinaōēs creatæ voluntātis, et quidē impedibiles à voluntate ipsâ; prout oīa latius patebunt inferiùs.

## Articulus 6.us

## Nr̄a Quæstionis resolutio.

43. Hæc ē: futura absoluta contingēa à Deo cognoscunt̄ in se ipsis, seu in objectiva ipsorū veritate. Deus, ut cernitis, supponit, quod probatū relinquimus, creaturas scilt n̄ existentes à Deo cognosci posse in se ipsis, seu ratione passivæ ipsarū cognoscibilitatis, cujus ratione repetere n̄ licet. Nunc igit̄ difficultas est: an futura contingēa sint ab æterno veritas aliqua objectiva? Si ēm ita sint, à Deo cognoscent̄ in se ipsis; si secus, n̄ poterunt in se ipsis cognosci. Hæc præmonitio

44. Conclusio prob. authorite Aug.ni contra Faustū c. 5 docentis: quod si præteritū auferat̄ ab aīa nr̄a per oblivionē illius, aut futurū per n̄ expectaōēs illius, adhuc manebit in ipsâ veritate: semper ēm verū erit, fuisse id,

quod erat, et non est; et ibi verum erit, jam fuisse, ut verum erat, antequam fieret, futurum esse: ergo sentit Augustinus quod deficiente veritate formali, seu cognitione vera, aut per oblivionem circa praeterita, aut per non expectationem circa futura, remaneret adhuc veritas objectiva, sive objectum capax verificandi illas aeque conceptiones circa talia objecta: ergo Omitto P.P. alios videndos apud [illegible] Montoyam de Scientia disp. 28.

45. Et ad S. Thomam venio, qui, ni fallor, apertissime docet nostram sententiam. Itaque 1.a p.e q.e 14. art. 13. quaerit: utrum Scientia Dei sit futurorum contingentium? Respondet affirmative, et ad probationem notat, quod contingens potest dupliciter considerari: u- ”
no modo in se ipso, secundum quod jam in actu est; ”
et sic non consideratur, ut futurum, sed ut praesens, ”
neque ad utrumlibet contingens, sed ut determina- ”
tum ad unum, et propter hoc sic infallibiliter subdi potest ”
certae cognitioni, utpote sensui visus; sic cum video Sor- ”
tem sedere. Alio modo potest considerari contingens, ”
ut est in causa: et sic consideratur, ut futurum, et ut con- ”
tingens nondum determinatum ad unum: quia ”
causa contingens se habet ad opposita: et sic con- ”
tingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni. ”

46. Ubi cum Deo S. Thomas concedat (ut debet concedere) certam cognitionem effectus contingentis, recurrit ad illius cognitionem 1° modo, idest, effectus in se ipso. Deus autem, ait, cognoscit omnia contingentia, non solum prout sunt in suis causis, sed etiam prout unumquodque eorum est actu in se ipso: ergo cognoscit juxta S. Thomam futura contingentia secundum esse, quod jam habent in se ipsis, unumquodque pro sua temporis differentia; atqui in se ipsis, si in æternitate considerentur, adhuc esse non habent, nisi existentiam actualem objective sumptam: ergo in hac Deus illas ab æterno cognoscit.

47. Cum autem S. Doctor difficultatem prævidisset, quæ sibi objici poterat, nempe præscientiam futurorum ab æterno esse, cum ab æterno non fuerit eorum existentia physica in proprio esse illius rei, quæ futura dicitur, respondet in hunc modum: Cognitio Divina mensuratur æternitate; cum omnia, quæ sunt in tempore, sunt Deo ab æterno præsentia, non solum ea ratione, qua habet rationes rerum apud se præsentes, ut quidam dicunt; sed quia ejus intuitus fertur ab æterno supra omnia, prout sunt in sua præsentialitate et subduntur Divino conspectui

" secundum suam præsentialitatem, et tamen sunt fu-
" tura continguet suis causis ~~compar~~ proximis comparata.

48. Ad 3m. denique docet, nos

cognoscere successive futura in tempore, in quo fiunt,
" Deus autem ab æterno: quia ejus esse æternitate
" mensuratur, et ~~Deo~~ ideo soli Deo est certa illorum
" cognitio, antequam existat in suo esse prospecto in tem-
" pore: sicut ille, qui vadit per viam, non videt illos,
" qui post eum veniunt; sed ille, qui ab aliqua altitu-
" dine totam viam intuetur, simul videt omnes tran-
" seuntes per viam.

49. Jam sic: D. Thomas non invenit

aliud medium ad tribuendam Deo certam futurorum
cognitionem, nisi quod ab altissima suæ æternita-
tis specula ejus intuitus se extendit ad hoc
usque nostrum tempus, in quo ponuntur futura in
se ipsis; sed hoc non erat necessarium, si Deus non cog
nosceret futura in se ipsis secundum suam præsen
tialitatem, sed solum in decreto, vel in alio prædi-
cato Divino actu in Deo existente: ad hoc
enim sufficeret, quod cognitio Divina attinge
ret ipsum decretum, ut evidens videtur: &.

50. Respondet P. Magi

Ponetur d.e 1.a num.o 150. D.m Tho: hic recurrere ad aeternitatem Divinae Praescientiae, non verò ad decretum; quia nondum egerat de decreto, de quo egit postea q. 19.a Vicinam hyemem redolet solutionis frigiditas. Itaque 1.º quia prorsus incredibile fit, S. Thomam aliquid hic non insinuasse, saltem remissivè, de decreto, ut medio cognoscendi futura; sed nec remissivè insinuare potuit: quamvis in praefata quaest. 19. de decreto agat; at nec verbum quidem habet de decreto, ut medio cognoscendi futura.

51. Contra 2.º, et praecipuè: non solum non meminit decreti, sed illud positive exclusit à ratione medii cognoscendi contingentia: ruit ergo solutio. Ans probatur: juxta D. Thom. citatum, nequit heri certa cognitio de contingentibus, nisi cognoscantur in se ipsis secundum esse, quod jam verè habent in sua praesentialitate: ergo nisi cognoscantur secundum hoc esse, non potest heri certa cognitio de illis: ergo S. Thomas exclusit decretum, et solum admisit veritatem obiectivam ipsorum, ut medium ad certam de illis cognitionem.

52. Contra denique: juxta D. Thom. 2.a 2.ae q. 171. art. 6. ad 2.m ubi jam egerat de decreto;

et aliis locis, præsertimque in 1m dist. 38. q. 5. ibi: cognita voluntate et quibuscumque causis ad actum voluntatis occurrentibus, non potest certitudinaliter cognosci, an ipsa producet, vel non actum &c.; sed decretum est una ex causis ad actum voluntatis occurrentibus, et quidem inter omnes præcipua: ergo juxta D. Thomam in decreto non potest certitudinaliter cognosci eventus futurus: &c.

53. Statim respondet Gonetus, D. Thomam ibi loqui tantum de causis primis; decretum autem esse causam remotam. Et vero nobis talia respondentibus! Ergo nonne quarumcumque causarum tum explicari à D. Thoma est proxime? Quid distortius? Præterea quid vetat decretum appellari causam primam? Deus profecto causa prima est actus voluntatis; Deus autem per decretum agit, quod est applicatio, et determinatio Dei ad agendum actum voluntatis creatæ.

54. Demus sit decretum causa remota, ergo nunc; vel causa remota naturalis, vel contingens est, scilicet in agendo. Si contingens: ergo in illa videri certo non potest eventus futurus, ut omnibus constat, et patet ex præalegato D. Thoma. Si naturalis: ergo effectus nequit esse contingens. Sic infert D. Thomas, citato art. 13. ubi docens, præscientia Dei non tollere contingentiam eventuum, quia est causa remota, quamvis sit naturalis. Sic igitur arguit ad 2m sed hoc nil est, (scilicet necessitatem causæ remotæ non tollere contingentiam eventus) tunc in conditionalis

falsa; cujus ans eet caa remota naria, et coens effur. 9tingens: q. juxta S. Thom, si decretu e caa remota naria, tollit 9tingeam aus; adeoq in ipso viden n poterit aus contingens.

55. Ex quibus facile rejicit 2a alia solutio Gonetica ex Gasparo Ram desumpta, quod scilt Divina Scia ex se het mensurari aeternitati: at ex se non het efficacia in futura; sed illam het a voluntate: pptereaq D. Thom recurrere ad aeternite n ad decretu, quod reservat ad 7m 1m. Egregie sane! At etiam posset reddere, D. Thom recurrere ad aeternite et n ad decretu; quia decretu e de linea vitali, n vero aeternitas: aut quia decretu e liberu; aeternitas a naria. Contra insuper e: nam in disputatis de verit. q. 12. art. 10. iterum recurrit S. Doctor ad solam aeternitate [illegible]: *sed Deus [illegible] cognoscit futura [illegible] causis, [illegible] ordine: quia ejus intuitus aeternitate mensurat*. Ad quam q. quaesitm reservat hic Dei decretum?

Articulus 7us

D. Thom. [illegible] Gonetianum [illegible].

56. [illegible]

146 a D. Thoma assignari, vel saltem insinuare pro certa cognitione contingentium. 1m æternitas Divinæ Scientiæ. 2m efficax decretum. Probatur hoc 2m: nam in 1m d. 38. q.
" 1a art. 5. ait: Deus ab æterno non solum vidit ordinem
" sui ad rem, sed ipsum esse rei intuebatur. Atqui ordo
Dei ad futurum est decretum: ergo ab æterno vidit decretum: ergo in illo potexit videre certo futurum, quod D. Thomas negavit; cum juxta ipsum, ordo ille sit ordo causæ contingentium, qui est ordo indifferens ad utrumque non determinationis "
ad unum, prout ibidem docet ipse referens, quod effectus
" contingens non habet determinatum esse in suis causis,
" et ideo in illis nullo modo cognosci possunt. Sed quando
" jam efficiuntur in rerum natura, tunc habent in se ipsis esse
" determinatum: et ideo quando sunt in actu, existendo
" naliter cognoscuntur.

57. Et reperi eadem fere verba supra
" relatis: Intuitus Divinus intuetur ab æterno unumquodque
" quæ attingit, non solum prout est in suis causis (in quibus jam
" præmisserat, nullum habere esse certum) sed prout est in esse suo
" determinato.... quia, cum sit æternus, oportet, quod cognitio
" ejus modum æternitatis habeat. Tria igitur docet Angelicus 1m:
quod in causis non possunt certo cognosci contingentia: ergo nec
in decreto, quod est causa. 2m: quod sic cognoscuntur certo in

se ipsis prout in suo determinato esse: ergo in veritate objectiva ipsorum. 3m: quod hoc provenit ex aeternitate Divinae Scientiae ambiente omnia tempora: ubi ergo decretum efficax? Remisit illud fortasse in locum alium, imaginarium nempe.

58. Probat iterum Reverendissimus: nam in dist. q. 2a. de ver. art. 12. ait: "Deus scit res in quantum est causa earum; sed est causa contingentium: ergo scit contingentia. Et rursus: scire est causam rei cognoscere; sed Deus scit omnium contingentium causas: et scit etiam ipsum, quia causa omnium: ergo scit contingentia. Idemque iisdem verbis habet ad Anibaldum 1. dist. 38 q. 2. art. 1. At ubi hic efficax decretum? Numquid alio remisit?

59. In his itaque solum retinet, quod fatemur, Deum scilicet scire contingentia in quantum est causa in actu 2o illorum, non autem in quantum est causa in actu 1o: in hac enim, utpote indifferenti ad opposita, non videt Deus certitudinaliter futura contingentia, ut expresse docet D. Thomas; in causa vero, prout in actu 2o causante, videt Deus certo contingentia: quia causa prout in actu 2 causans dicit suam causalitatem ipsam, seu actionem ~~ipsam~~ exercitam, quae est determinata ad unum. At cum hoc exercitium fiat in tempore, et contingenter, redit eadem difficultas, quam resolvit S. Thomas dicens, "quod ratione suae aeternitatis videt illud 2m praesens esse,

» quod àu habebit in tempore:

60\. Alia objicit citatus Magr: ex lib. ctra Gent. in qq docet D. Thom. Deu scire nras volunt. videndo suas. Item cognoscendo se nos intelligere, et velle, cognoscere nras cogitationes et voluntates. At illis respondeo, loqui dt S. Thom de Divino intelligere, et velle prout àu causante, n prout precise potente causare. Quod ex ipso D. Thom loco probatur: nam

» 1 ctra Gent. c. 68. n. 2. inquit: oia igit Deus cogscit suam essentiam cogscendo, ad quae sua causalitas extenditur;

» extenditur at ad operationes intellus, et voluntis: cogscit

» igit Deus cogitationes, et affectiones mentis: q juxta S.

Doctorem mius cogscendi futura e causalitas ipsa, n virtus causae ctingentis.

61\. Alios demum P.P. trahere conatur laudatus Magr, qui n veniunt. Aug. praecipue, qui de Praed. Sanctorum c. 10 ait: praedestinatione Deus ea praescivit, quae fuerat ipse facturus. Et 26 ctra Faustum c. 4: ideo nescio: quia quod heat de hac re voluntas Dei, me latet; illud tn me n latet, sine dubio futurum, si hoc Dei voluntas heat. At cum oia haec commode possint intelligi de rebus, quas Deus se solo, aut miss causis variis, et sine inventu

nri liberi arbitrij facturus; non video, cur Ponetur ea velit extendere ad futura contingentia, seu nobis libera? Quod si de his D. Aug. loquatur, cur non de voluntate consequente provisionis illorum saltem conditionata, aut de his voluntate, ut in aui 2° [illegible] intelligendus erit?

## Articulus 8.

## Ratione fulcitur sententia nostra.

62. Et quidem a priori sic: Futura contingentia habent in se determinatam veritatem pro sui temporis differentia: ergo ab aeterno cognoscuntur a Deo in illa veritate sui esse, quam habebunt pro sui temporis differentia. Antecedens est innegabile: nam pro sui temporis differentia habent jam suum esse proprium determinatum ad unum per ipsam actualem ~~[illegible]~~ existentiam: habent jam determinatam veritatem. Consequentia vero probatur: quando jam habent determinatam illam veritatem, cognoscuntur a Deo in illa eorum objectiva veritate; sed illa Divina cognitio non incipit cum illis, sed est ab aeterno: ergo ab aeterno cognoscuntur a Deo in illa veritate, quam in tempore habent.

63. Confirmatur: Deus ab aeterno videt in se ipso negationem amoris D. Petri ab aeterno existentem (suo modo scilicet) et ipsum amorem in tempore [illegible]: ergo ab aeterno vidit amorem futurum in objectiva ipsius

veritate. 1ª patet ante evidens, et 2ª constat ex praecedenti n°. Probo consequentiam: amorem non fuisse ab aeterno, et esse in tempore est constitutive, amorem esse futurum in se ipso; sed Deus ab aeterno vidit, amorem non fuisse ab aeterno, et esse in tempore: ergo ab aeterno vidit, amorem futurum in se ipso, sive in passiva, seu objectiva veritate ipsius amoris.

64. Contra 2°: posita in tempore voluntate cum omnibus ad actum requisitis, re ipsa ponitur determinate actus, aut ejus negatio: implicat enim, quod in instanti reali non sit actus, aut ejus negatio. ~~implicat ergo quod in instanti reali non~~ Demus 1m accidere; tunc certe Deus videt actum in se ipso, et ratione suae cognobilitatis; sed haec visio Divina nequit non esse aeterna, ergo nec est post tempore incipere; ergo ab aeterno videt Deus actum contingentem in se ipso, seu ratione ipsius passivae veritatis. Neque hic valet respondere, Deum non posse cognoscere objectum creatum in se ipso: hoc enim, et alibi probatum relinquimus, et est hic expresse docet a D. Tha nuper citato.

65. Dices tamen, pro priori ad Dei decretum nihil esse determinate futurum: ergo pro priori ad decretum Dei non possunt futura contingentia videri in sua objectiva determinata veritate. Sed contra: 1°, non loquimur de

decreto absoluto efficaci, l, de decreto indifferenti? Si hoc 2m fateor. Hoc in decretis e omnino naris ex parte cas ad effectum. Si 1m contra e: quia in instanti decreti illo efficaci, adhuc intelligitur amor determinate futurus: ergo pro priori ad tale decretum in se ipso praevidetur a Deo. Ant. probatur: in instanti illo decreto, adhuc intelligitur voluntas cum omnibus requisitis ad amorem ponendum: ergo in eo instanti realiter, l, ponit determinate amorem, l, determinate non amorem: ergo ab aeterno id videt Deus. Sed utrumque e contingens: ergo ab aeterno videt Deus futurum contingens.

66. Dices: et si decretum Dei sit causa futuri, at futurum non constituitur per Dei decretum, ut abunde constat ex praecedentibus; sed quodcumque ee in se ipso, et 2m suam propriam veritatem a Deo cognoscitur, ut satis constat: ergo quamvis Dei decretum sit causa futuri, adhuc futurum in se ipso, et 2m suam propriam veritatem a Deo cognosci. Dices forsan, nam haec argumenta niti falsa suppositione, quod scilicet propositiones de futuro contingenti habeant determinatam veritatem, aut falsitatem, quae sit in futuris 2m se, et independenter ab aliquo antecedenti ab aeterno, et ne[?] cum veritate obiectiva futuri. Haec e unica, et non levis obiectio contra praecedentem doctrinam et quamvis de hoc puncto egerimus in Logica, hic tamen non e omnino praetereundum, adeoque pro solvenda obiectione, sit.

# Quæstio 3.ª

## An propositiones de futuro contingenti independenter ab aliquo intrinsece contingentes habeant determinatam veritatem, aut falsitatem?

## Articulus 1.us

### Quæstionis sensus, et D. D.rum sententiæ.

67. Vigitur supponendum, non esse quæstionem an singulari propositiones habeant determinatam veritatem, aut falsitatem quoad nos: hoc enim frivolum esset: posset in illa re ipsa habere, quamvis de illa nobis non constet, ut, vel in pluribus propositionibus de præsenti nobis frequenter accidit. Supponendum 2.º neque difficultatem esse de disjuncta ex utraque contradictoria v.g. Petrus peccabit, vel, non peccabit. In qua de nulla determinata propositione affirmatur veritas, aut falsitas; sed de disjuncto ipso, quod absque dubio est, vel determinate verum, aut determinate falsum. Loquimur ergo de partibus disjunctis seorsim, v.g. Petrus peccabit, Petrus non peccabit.

68. Supponendum 3.º propositiones ejusmodi habere re ipsa determinatam veritatem, aut determinatam falsitatem, ex undecumque proveniat determinatio; quod et concedunt Thomistæ alijque assignantes determinatam veritatem fundatam in aliquo ab æterno existenti, ut decreto, Scientia, et cetera. Sic propositio

sitis independenter ab aliquo decreto praesenti existente et connexo cum eventu futuro. Exemplum sit propositio
haec Antichristus peccabit est, ut Fide constat, determinate
vera. Quaeritur: illius verificativum seu radicale, est
ne decretum antecedens Thomisticum, aut decretum concomitans
Scoticum, aut Divina Praescientia, an potius ipsum non esse
peccati pro nunc, et esse peccati pro postea?
73. Nec pro nostra ratione est
ulla difficultas: in eo enim, sicut nec ponit, nec excludit decretum Dei liberum de agendo ad extra, sed ab
illo praescindit; sic neque ponit futuritionem, neque non futuritionem, sed praescindit per indifferentiam ad utrumque. Tota
igitur difficultas devolvitur ad systema stringentium, in quo
sunt decreta duplicis generis; alia sunt circa ea, quae
Deus se solo, aut mediis causis naturalibus pro suo libito
operaturus est; et haec decreta sunt antecedentia connexa
cum eventu futuro. Alia vero sunt circa actiones
nostras liberas, et circa modum concursus ipsius Dei
nobiscum; et haec sunt de se ab initio indifferentia ne pereat
libertas. In hoc ergo systemate, in quo iam intelliguntur
praedicta decreta indifferentia, et antequam intelligatur
decretum aliquod efficax, inquiritur an propositiones de
futuro habeant determinatam veritatem, aut falsitatem?

74. 1ª in q. sēā ē asserens decretū efficax, prædeterminans ēē verificativū fr̃ale ppōnis de futuro; proindeq. independens ab illo, neq. determinatè veram ēē, neq. determinatè falsam. Ita D.D. Thomistæ apud, et cum Ferre d. q. 4. à n. 104. cum his annumerant Scotistas illos, qui pro r̃a futuri ac verificativo ppōnis de futuro ponunt decretū efficax concomitans à Sciēa Diuina independens; propterea q. (ut supra probavimus) prædeterminans. 2ª sententia ē eorū RR.m ex Nostris, quos et supra rejecimus, ponentiū fr̃ā futuri, proindeq. verificativū ppōnis de futuro in Diuina præsciēa. 3ª deniq. sententia tenet, præfatas ppōnes ēē determinatè veras, aut determinatè falsas independenter à quocumq. existenti connexo cum eventu futuro. Est communis in Schola n̄ra Eximio Duce opusc. 2.º lib. 1. c. 2. et sequentibus, in quibus alias sēās rejicit, usq. dum cap. 8.º concludit, et n̄ram firmiter defendit.

Articulus 2.us

3ª et n̄ra sententia stabilitur.

75. Pa. nititur ijs dem SS. P.P. et præcipue D. Thæ testimonijs, quibus supra probavimus, futuritionem actus n̄ri liberi n̄ consistere fr̃r in decreto, et quibus probavimus D. Deū cognoscere futura in obiecto proprio veritate. Et ratione ...

l: posito Petro v.g. cu omnibus requisitis indifferentibus ex parte sui vel ad oppositionem in toto instanti reali crastino, l; detrahere peccat, l, detrahere non peccat: g propositio ista: Petrus cras peccabit hodie prolata, l, est detrahere vera, l, detrahere falsa; Sed propositio hac hodie prolata est propositio de futuro: ergo propositio de futuro est detrahere vera, aut detrahere falsa independenter a quocumque actu de praesenti tempore cum eventu futuro.

